

oere bonis; liquidum ipsum pascere bovis est complementum voluntatis illius, quia voluit effectum secutum ponit; ideo igitur omissionem in somno secutum esse complementum, & consummationem voluntatis efficacis praehabitur physice tantum, & in ordine nature, non autem in genere moris; quando enim omisso non subest potestas nostra, sicut tunc non est consummatio moralis voluntatis eius, ita nec prohibetur eodem precepto, nec est peccatum formaliter ob libertatis defectum, & sic etiam dicendum de actu externo, quod tunc tantum dicitur complementum, & consummatio moralis actus interni; & cum eo unum integrare peccatum, quando est actualiter ei coniunctus, & eo mediante malitia actus interni, & eius libertas potest in actu externo derivari. Dices, ergo sicut meditatio libertatis non tollit rationem peccati ab actu externo, sic neq; ab omissione in somno secuta, etiam si medietas solum sit libera in voluntate efficacis praeterita, quando liberè apposta fuit causa. Negatur paritas quia actus exterior utiq; est formaliter malus quando est actu coniunctus cum interiori, & tunc dicitur medietate liberè medietate causalitatis, non vero temporis, actu autem peccato obstat non medietate causalitatis, sed tantum temporis ut notat Calpens *loc. cit.* hac enim medietate interruptur libertas, non vero medietate causalitatis, ut dicitur *et. 7. 29.*

145 Ad Conf. constat ex dictis ad primum, nunquam preceptum obligare ad aliquid non liberum, sed obligat ad aliquid faciendum liberè vel non faciendum hoc, vel illo tempore, & ante illud tempus obligat ad non opponendum liberè causam faciendi vel non faciendi hoc, vel illud tali tempore; unde in apponendo hanc causam potest formaliter violari preceptum eo modo quo tunc obligat; Nec valet paritas adducta de actu furti, & volitione eius, ac de omissione in somno secuta, & volitione eius praeterita, quia actus furti opponitur esse formaliter liber, & in nostra potestate, non sic omisso in somno: unde non valet paritas, nisi quando actus preceptis omittitur cum libertate ad eum ponendum, vel non ponendum; tunc enim utique est formaliter omisso illa peccatum, & complementum malitiae volitionis eius, sicut actus furti est complementum malitiae volitionis eius, ad ut. homicidium duo importat, actionem ex parte causantis, & vulneratis, & passionem ex parte vulnerati, scilicet mortem, & quia mors tantum est, quae datur physice completam, & consummatam homicidium denominatio- nem ideo ea tantum secuta dicitur homicidium, & qui vulnerat homicidium, mortaliter verò, & coram Deo est verè homicida, cum primo causam dedit sufficientem ad occisionem, vel jactulando lagittam, vel propinando venenum, unde si ille moriatur antequam lequatur mors vulnerati, & non panitit; damnabitur, & punietur, ut reus homicidii, imò actus si mors non lequatur, dammodo per ipsum non fietur.

146 Tertio obicitur, quia tenetur confiteri actus externos, aut omissiones quocumque modo secutas, si vè coniungatur cum actuali libertate, si vè non ergo, sunt peccata. Resp. etiam confessio antecedente argumentum nihil concludere ut dixi *num. 136.* si enim homo panitit proportione veni, si tamen mors lequatur; non minus tenebitur dicere occidit, quam si non retractasset voluntatem, & tamen in casu retractio Advertiseri dicunt homicidium secutum non esse peccatum, ergo ex eo quod tenetur actum externum, vel omissionem secutam in confessione aperire, non sufficienter inferri esse peccatum; adhuc tamen assumptum non est absolute concedendum, etenim ut dixi *disp. praed. n. 16.* cito melius sit ista confiteri, si tamen sufficienter explicetur periculum, & fiat debita restitutio sufficit, quia tantum tenetur confiteri peccata, & quod non est in manu nostra, peccatum non est. Quod si fides communitur ista explicat, etiam quando in eorum potestate non fuerunt, hoc ideo est, quia existimant se non aliter sufficienter explicare posse peccatum in causa; nisi per effectus secutos: frequentiter tamen nedum expeditur est, sed etiam necessarium explicare effectus externos, vel omissiones secutas ex causa liberè apposta, non quidem ratione confessionis, sed ratione restitutionis, vel censurae annexae cum tali effectu. Ex quo solum lequitur taliquando per accidens, & indirectè, non autem per se, teneri nos in confessione explicare effectus secutos sine actuali advertentia, & libertate, quatenus cum ipsis aliqua sunt connexa, quae omnino debent innotescere. Confessio, puta damnata refarcienda, restitutionis faciendae, poenae, & censurae incurtendae, ut passim docent Summi, Valquez Laiman, Lorca, Filiolus, Diana, Oyvedus, Morand, & alii.

147 Dices si ergo propter hos effectus, & omissiones incurritur poenae gravissima tum Ecclesiasticae, tum Civiles; ergo iam supponuntur esse peccata, quis enim dicat quempiam puniri propter id, in quo non peccat? Respondeo indistantem etiam Advertiserios urgere; si quis enim doleat, aut panitit propinat veni si tamen mors lequatur, non minus censuram incurrit, si occidit sit Clericus, quam si non retractasset, quia

ut dicitur est *num. 143.* & constat ex materia de censuris, ad illas incurtendas satis est, quod lequatur effectus culpabiliter, licet quando lequatur non sit affectus; quare concessio antecedente neganda est consequentia, cum posset huiusmodi poenae incurri, etiam si quis sit jam a peccato justificatus quia satis est, quod omissiones, ille vel commissiones sint effectus peccati, & culpabiliter lequatur ex apposta causa, leges enim non puniunt peccatum, nisi effectu secuto, atq; ita verum est neminem puniri, nisi ob peccatum, sed non semper ob peccatum praesens, sed alij quando etiam ob praeteritum, quando lequatur effectus, etiam si effectus ille non sit in se, sed tantum in causa peccati, ut ad hoc idem argumentum jam dixi *disp. praed. n. 17.* Dices, Lot a Patribus non omnino excusari a culpa incestus, cum ebris cognovit filias suas, ut notat D. Bon. 2. *disp. 32. & 36. n. 40.* Et tamen in ebrietate non erat in manu sua cum evitaret. Resp. imò plures Patres eum excusare ab incestu; & qui non excusant, dicunt contraxisse malitiam ejus in causa, scilicet, in ebrietate quam poterat, ac debuerat vitare; Et plene tenetur Advertiseri totam hanc doctrinam admittere, quia quando contra ipsos ex his capitibus arguimus actum externum addere malitiam internam, quia actibus externis in foro Ecclesiae sunt impositae poenae, censuratum, quae non debentur internis; & quod aliquo lequeretur actum externum non esse necessarium consentiendum, his eidem omnino respondentibus unum, quas modo in praesenti materia admittere consuevit, ut videtur est *disp. praed. quest. 5. art. 2.*

Dices, ergo si responsum huiusmodi valens diversam facere malitiam ab internis, ex eo quod tenemus illos continere, & ex eo quod puniuntur diversis poenis. Negatur consequentia; dicitur enim est ibi actus externus continet diversam malitiam, quando sunt cum actuali advertentia, & libertate, & sunt a causa, quae non solum fuit, sed est voluntaria, in quo lenio neque ratio retorqueri potest, sed argumentum ex eo capite deducitur est inefficax; nam tenetur parati se arguendo; actus interni habent suas poenas immediate, & ideo arguimus illos esse peccata, et etiam actus externi, quando sunt cum actuali libertate, & advertentia, sunt peccata, quia sunt dicta, facta, vel concupita contra legem Dei, ergo si habent diversas poenas, diversas quoque habent malitias; ex quo patet disparitas cum effectibus, & actibus externis positis sine actuali libertate, & advertentia: etenim huiusmodi effectus, & actus non puniuntur propter se, quia non sunt mali, & peccata, & cum fiam sine actuali libertate, nequeunt dici dicta, ut facta contra legem Dei; quare in his casibus poenae infiguntur solum propter actus malos praeritos posito effectu, & actu externo, tanquam mera conditiones, quod satis constat ex *disp. praed. lib. 2. quest. 5. num. 169.* ubi dicitur, cum Salas hanc ipsam adhiberet reprehensionem, tunc actus externos malos habere rationem poenae conditionis, quando non sunt voluntarij, & liberj, quando vero sunt coniuncti cum actu interno, & ratione ipsius actus liberi, & voluntarij dixi habere rationem causae demeritiae, & punibilis, in quantum alij sunt ab actibus internis; sic etiam patitur non diximus ibi quoscumque actus externos esse confessionis explicandos, sed illos duntaxat, qui sunt cum actuali libertate; tunc enim tantum sunt peccata, atque ideo nulli est contradictio in dictis hic, & ibidem, sed est eadem omnino doctrina.

Quarto arguitur; fiat ratio meriti sine ulla actuali attentione, ut Scotus docet *4. disp. 6. quest. 6.* Sed tunc actus non est in potestate agentis, nisi tantum in applicatione; ergo demeritum potest esse in somno eadem ratione. Respondeo negando consequentiam; qui enim distractus est, vel non attentus facile redit ad attentionem, & sic cenetur actus ei moraliter subiectus, secus est de ebrio, & dormiente. Sed urgesc Scotus *loc. cit. & disp. 41.* docere passiones Martyrum esse meritorias, licet cum actu patiuntur, utum rationis non irabent ob magnitudinem doloris, quod probat ex Aug. & Philo. & philosopho, & quia delectatio carnalis idem facit quandoque, ergo etiam ebris, quando caret usu rationis, & libertate, potest demereri, nam plus requirit ad merendum, quam ad demerendum. Respondeo Scotum ibi tantum velle Martyris acerbitate dolorum ita impediti ab usu rationis, ut valde tenuerit eo uti possint, & sic illae passiones erunt meritoriae; si autem usus rationis omnino auferatur, non manet ratio meriti plquam in amente, nisi tantum in causa, & ita se explicat Doctor *2. disp. 1. 5. num. infra H.* imò ibidem ait hanc esse in Martyris specielem. Creaturis gratiam; etenim qua providentia vult martyrium meritorium, eadem statuit conservare libertatem, quae quantum est ex virtute causarum naturalium, & tormentorum debet non adesse. Dices oppositum consistere de illo, qui inter Gentiles desiderio patienti martyrium ivit cubitum, & in somno propter fidem ab Ethnicis occisus est, nam hic meretur Laureolam Martyrii, est martyrium in somno secutum fit. Respondeo martyrium iustificare & gratiam martyrii conferre non tantum ex opere operantis, & per modum meriti, sed etiam quodammodo ex opere operato, in quantum Deus voluit hoc pte iustitiam

conferre martyrio ex quadam congruitate, & ex sua gratitudine juxta illud, qui me confessus fuerit etc. & sic in casu allato, ille gratiam reciperet ex opere operato, quo etiam pacto gratiam Sacramentalem reciperet, qui dispositus confessionem perivit, & in phrenesim lapsus Sacramentaliter absoluitur, si quidem in hoc casu nihil est gratiam reciperet ex proprio opere extra statum libertatis facti; sed virtute tantum operantis Sacramenti, cuius est gratiam conferre ex opere operato cuiusque subiecto rectè disposito.

150 Quinto obicitur, qui liberè incipit recitare horas canonicas, & postea involuntarie distractus pergit, & nonnullos psalmos sic profert, verè dicitur orare, & adimplere praecipuum orandi; Et qui ita incipit profert verba consecrationis; est postea distractus ultima proferat verba verè consecrat, ergo sufficit libertas remota, & virtualis, quae jam praecessit, ad praesentem actionem honestandam. Confirmatur, quia peccatum ex ignorantia factum verè imputatur, non solum in causa ignorantiae, sed etiam quando actu committitur ex ignorantia, quia licet ex defectu scientiae non potest vitari in se, tamen potuit vitari in sua causa, in qua fuit voluntarium; sed idem est de peccato omissionis in somno, & ebrietate, ergo etc.

Respondeo licet non valeat paritas adducta de recitante horas canonicas, & verba consecrationis distractè profertente ob manifestam disparitatem adductam a Valquez, & Oviedo *loc. cit.* adhuc tamen ex eo capite admissa, debet negari in proposito, quia ut dicebam, distractus, vel non attentus facile redit ad attentionem, & sic cenetur moraliter actus ei subiectus, secus est de ebrio, & dormiente; & hinc est, quod distractus officium recitans, vel minister verba consecrationis profertens, ille satisfacit, & hic valide adhuc consecrat, non tamen ebris, & amens, etiam si vellet in ebrietate consecrare, quando ebrietatis causam applicat; cuius oppositum estò videtur velle Haquetus, quod nempe consecraret, si in apponendo causam ebrietatis, non tantum habuisset intentionem verba profertendi, sed etiam conscientiam Sacramentum, est tamen omnino voluntarie dictum; quis enim dicat amentem, vel ebrum verba consecrationis profertendo in amentia, vel ebrietate valide consecrare, etiam si in apponenda amentiae, vel ebrietatis causa habuisset intentionem conscientiam Sacramentum?

Ad Confirmationem, si sermo sit de ignorantia invincibili conceditur paritas, sed negatur assumptum, quod actus in tali ignorantia factus imputetur, quia talis ignorantia excusat a toto, verum si sermo sit de ignorantia vincibili, & culpabili, negatur paritas, quia actus in tali ignorantia factus adhuc cenetur ei moraliter subiectus, cum etiam tunc potest, ac debet ad praecipuum advertere, quod de omittente in somno, vel ebrietate asseri nequit. Dices, si effectus in somno secutus non est malus, neque causa in vigilia data esset mala, quia causa non est mala, nisi in ordine ad effectum malum, & intentio specificatur ab oblecto; quare si obiectum malum non est, neque ipsa intentio peccatum erit. Negatur sequela: ad probationem dicendum tunc intentionem non esse malam, quando obiectum secundum non est malum, nec prohibuit, etiam si liberè fiat; cum verò per accidens solum, id est ex defectu libertatis hic, & nunc a malitia excusatur, ut de ebrio, ac dormiente contingit, adhuc obiectum secundum se remanet obiective malum, & ex eius obiectiva malitia specificatur malitia formalis intentionis.

151 Sexto obicitur, interdum ipsum dormire est peccatum, ut cum miles contra praecipuum ducis dormit tempore, quo vigilare deberet; ergo tando magis peccatum esse poterit ebrietas in somno secutus, qui in vigilia culpabiliter habuit causam. Delicti si in his casibus peccatum omissionis univerfaler contrahitur in appositione causae; & non potius pro illo determinato tempore, quo urget praecipuum, lequitur quod qui voluntarie, & propria culpa incidit in aliquem morbum diuturnum, ex quo praevideat plures fecuturas omissiones v.g. jejuniandi, audiendi Sacrum, recitandi officium &c. incurrat omnes malitias ipsarum, quod valde durum videtur; probatur sequela, quia quando dedit causam tali morbo, dedit etiam illam omnibus praedictis omissionis, quas praevideat ex eo futuras.

Respondeo negando assumptum, somnum, scilicet in eo casu esse formaliter in milite dormiente peccatum, peccavit enim tantum, quando voluntarie se ad somnum applicavit: sicut qui se praecipitum dedit, non peccat in praecipitum decursu, qui non est amplius in sua potestate, sed motus ille deorsum peccatum est, quando liberè incipit a voluntate se praecipitantis: Ad secundum varje sunt solutiones, ut est videre apud Suarez, Becanum, Lezannum, & alios, communiter tamen sequela admittunt, si huiusmodi omissiones fuerint actu praeviae, & saltem indirectè voluntariae, addunt tamen, quod ut istae omissiones sint voluntariae

indirectè, oportet non solum esse praevias, sed esse tales, ut praecipuum obliget ad vitandam aggritudinem, ne ille lequatur; praecipua autem positiva ad hoc nob obligant, nisi quando omissiones proximè, ac veluti eodem quall tempore moraliter loquendo lequuntur, unde dicitur; quod quia iure licet man ligant non imputantur in causa remota, quae iudicet valde deprim, sed tantum in proxima, quae, scilicet, eodem quall tempore impedit executionem, vel tollit media per se ordinata ad eam, ut in proiciendo brevium, vel se inebriante respectu officii recitandi; non sic autem impedit recitationem officii, vel auditionem missae aggritudo, quae incurritur ex nimio potu, vel crapula, sed solum valde remore.

Postremo arguit Averla veluti a priori; ad peccatum satis est ratio voluntaria, & liberi in causa; sed illi actus, vel omissiones in somno, vel ebrietate secuti sunt huiusmodi, ut supponitur; ergo non obstat, quod tempore, quo postea fiunt, non sint actualiter sub hominis potestate, dummodo proveniant ex illa causa, quam homo liberè adhibuit, sed satis est tunc fuisse in libera hominis potestate, ut nempe eodem libero consensu voluntatis, quasi postea informati moraliter, denominentur boni, aut mali. Respondeo ex dictis, aliquid dicit posse liberè, & voluntarium medietate, & in causa dupliciter, vel sola medietate causalitatis, vel etiam medietate temporis; ad rationem peccati utique sufficit sola ratio voluntaria, & liberi in causa primo modo; hoc enim modo actus exterior dicitur liber in causa, quatenus ejus libertas dependet, tanquam a causa, ab actu interiori; nequaquam tamen sufficit medietate temporis, hac enim medietate interruptur libertas quare cum libertas sit fundamentum malitiae, & univerfaler otius generis moris, quando deest affectus, licet sit affectus, non est peccatum, sed tantum peccati effectus; unde non satis est omissionem in somno, vel ebrietate secutam fuisse jam in libera hominis potestate in appositione causae, ut moraliter informati dicatur eodem libero voluntatis consensu jam praeterito; nam temporis interruptio, actus ipse homini, vel ebrietatis tollit huiusmodi moralem informationem, quae concipi nequit in effectu ex appositione causae secuto, nisi per actualem ejus conjunctionem cum actu libero voluntatis, qui ejus causa existit, non enim aliter, nec alio modo etiam moraliter loquendo malitia actus interni, ac ejus libertas potest in actum externum derivari, vel omissionem externam, ut constat ex dictis *num. 134. & seq.* qua in re observanda est regula assignata *num. 137.* ut diligenter consideremus, quando opus ex libertate appositione causae secutum, dicendum sit voluntarium, & peccaminosum operanti, & quomodo loquendum in hac quaestione, quae magna ex parte est de solo nomine, ut ibi dictum est.

QUESTIO SEXTA.

Quomodo differant peccatum mortale, & veniale, & qualis sit ista divisio, ac differentia.

Amosa est inter Theologos, & sumptuosa divisio peccati 153 actualis in mortale, & veniale; mortale dicitur, quod ita Deum offendit, ut in animam inducat privationem gratiae; & amicitiae divinae, quae privato est mors aeternae, & panitur etiam aeterna poena, quae est mors secunda; Veniale autem dicitur, quod licet Deum offendat, non tamen ita graviter, ut amicitiam cum Deo destruat, neque inducat aeternae poenae reatum; Quod item triplex est, aliud est veniale ex suo genere, & obiecto, quia nimirum veritatur circa obiectum, quod est materia levis offensae, ut verbum otiolium, immoderate risus; aliud est veniale ex parvitate tantum materiae, ut parvum furtum, aliud tandem veniale dicitur ex imperfectione actus, id est, ex defectu plenae deliberationis, ut subiti, & indeliberati motus odii, invidiae, superbiae, luxuriae; Quaevis autem est non de quacumque differentia accidentalit, & a posteriori, sed de primaria, ac veluti essentiali, unde dicitur in modo allatum, quod mortale aeterna, veniale temporali poena dignum sit non est a priori, sed a posteriori, supponens aliud discrimen primo constitutum, & discriminans unum ab alio.

ARTICVLVS PRIMVS .

Discutitur prima pars Quaestioni .

154 **P**rimo, dicitur nonnulli Thomistae cum D. Thoma quæst. 88. art. 1. q. 37. art. 5. peccatum mortale esse deordinationem ab ultimo fine, veniale vero ab his, que sunt ad finem, scilicet, unde actus illi, qui immediate tendunt contra finem, scilicet, Deum sunt mortalia, qui tendunt contra media ad finem, sunt venialia. Hunc dicendi modum respicit Scotus 2. dist. 21. q. 1. quia etiam contra media potest peccari mortaliter, ut violare iustitiam, & castitatem, que sunt media necessaria ad ultimam finem consequendum, & contra potest peccari venialiter contra ultimam finem, ut consistat de odio Dei in delibato, vel actu infidelitatis. Nec valet responsio Cajetani dicens D. Thom. loquitur de veniali, & mortali ex genere suo, certum autem est veniale ex genere suo non esse circa Deum. Non valet inquam, quia est verum sic peccata circa Deum ex genere suo esse mortalia, & si solam venialia ex parte materiae, vel ex imperfecto consensu; tamen negari nequit mortale ex genere suo etiam circa media veritati, id est, circa creaturas; furtum enim, adulterium, homicidium, ex se mortalia sunt, & tamen venialiter circa media, scilicet, circa creaturam, non autem circa Deum ultimam finem. Alii proinde dicunt S. Thomam illam differentiationem in alio sensu intellexisse, sic nimirum, quod peccatum mortale avertit hominem ab ultimo fine dum tollit gratiam, non vero peccatum veniale adeo hoc discrimen posuit non ex parte objecti, sed ex parte effectus utriusque peccati. Sed hæc differentia vera quidem est, sed cum sit ab effectu, hæc enim sumi debet per ordinem ad ea, que sunt in respectu peccati, ac de eius ratione essentiali, & a privato gratia est effectus peccati, non est ratio formalis & primaria, igitur non potest per se primo distinguere peccatum mortale à veniali.

155 **S**ecundo Recitatore passim per id distinguunt mortale à veniali, quod mortale ex se est grave malum, veniale vero leve; mortale est gratia contra Deum, veniale levius; ita Curiel. Hurtad. Complut. Arriaga, Ovid. & Aversa q. 88. sect. 6. assignant hæc differentiam, ut propriam, & primam inter peccatum mortale, & veniale, quod probat, quia ex hac differentia oritur, ut aliud tollat gratiam, aliud vero non; aliud meretur penam æternam, aliud temporaneam. Quod si ulterius queratur, quid sit gravis offensa, & quid levis: respondet Arriaga, offensam gravem esse, que fundat odium inimicitie in Deo; levem vero, que fundat præcisè displicentiam levem Dei. At quamvis hæc quoque differentia sit vera, & carceris notior, adhuc tamen neque ipsa est prima, & essentialis, quam hic vestigamus cum per eam nota essentia ipsius peccati, quam unius illius effectus declaratur, per gratia cõcedunt Arriaga, & Ovid. Tum quia non ad hæc per ea sufficienter declaratur, quid sit id in mortali peccato, ratione cuius fundat odium inimicitie, & quid in veniali, ut illud non fundet. Unde Arriaga inquit, quod si magis remore, & radicaliter talem differentiam assignare velimus, debemus dicere, mortale esse transgressionem præcepti divini graviter obligantis; veniale vero præcepti levis, vel leviter obligantis, quod nisi explicare velimus circulo vitioso, ut præceptum grave dicatur, quod obligat sub mortali, & leve quod obligat sub veniali: recurrendum est ad explicationem à Scoto assignatam 2. dist. 21. q. 1. D. quod præceptum graviter obligans sit illud, quod obligat ad aliquid necessarium ad salutem: illud vero leviter, quod obligat præcisè ad aliquid utile tantum, quia ratione potius dici debet consilium, quam præceptum: quod etiam aliis verbis utens coactus est fateri Arriaga, cum ad evitandum circulum inquit, præceptum grave illud esse, quod vel prohibet rem notabile dampnum afferentem, vel mandatur rem in se aliquam consideratam; Scad illam obligat, quantum potest, quam differentiam, ut ceteris prior, & magis radicalem potest explicabimus. Unde quamvis ex præfata differentia ab his Recitatoribus allata; quod mortale sit offensa gravis, & veniale leve, oritur quod aliud tollat gratiam, aliud vero non; aliud meretur penam æternam, aliud temporaneam, que modum urgebat Aversa: adhuc tamen ipsa quoque supponit aliud discrimen primo contentum, & unum ab alio differentians, ut consistat ex allato discursu, adhuc enim assignari potest, ac debet alia ratio prior, propter quam mortale dicatur offensa gravis, & veniale leve.

156 **T**ertio distinguunt alii mortale à veniali, quia mortale est offensa Dei, & veniale vero minimè: item peccatum mortale est contemptus Dei, quia per illud diligitur creatura supra Deum, & constituitur ultimus finis peccantis, non autem per veniale, quem dicendi modum sequuntur Montefinus dist. 18. q. 3. Amicus dist. 23. sect. 2. & alii, pro quo citatur D. Bon. 2. dist. 2. art. 2. q. 2. Et in idem serè recidit, quod inquit

Ovid. ex D. Thoma mortale, & veniale differre formaliter, tanquam per differentiam constitutivam ex eo, quod mortale dicat affectum ad creaturam involuente implicite, & virtualiter aversionem affectivam a Deo; veniale vero dicat affectum ad creaturam non involuente hanc aversionem a Deo, sed compassibilem cum affectu charitatis erga Deum, licet non cum fervido affectu, nam affectus fervidus charitatis non solum ea removet, quæ graviter opponuntur Deo, sed illa quoque quæ etiam leviter ei displicent.

Sed in primis saltem est peccatum veniale non esse in suo ordine offensa Dei, nam de peccatis venialibus loquitur loquens Iacobus, dixit in multis offerimus omnes, & certum est peccatum quoque veniale Deo displicere, & Deum contra sic peccantem irasci; dicit pro peccatis quoque venialibus penam infligere, & cum Seraphicus Doctor innotuit peccatum veniale non esse offensam Dei, accipit divinam offensam anthonomastice, scilicet, pro gravi offensa amicitiam cum Deo de fruentis. Deinde saltem est quoque per peccatum mortale creaturam constituitur formaliter, & explicite ultimum finem peccantis, nam mortaliter peccans formaliter, & explicitè non amat creaturam super omnia, neque in illa constituit ultimum finem, nam adhuc amat creaturam, tanquam habentem finem continentem, quamvis implicite verum sit, & virtualiter per peccatum mortale plura estimat creaturam, quam Deum, & quodammodo constituitur sibi creaturam, ut finem ultimum, quatenus vult removere a Deo vero finem creaturam fructualem quoque propriè, & in respectu loquendo mortale peccans non constituit ultimum finem in creatura, qui enim futurus non sit, & omnia sua ordinat ad futurum, imò potius futurum ad alium finem ordinat, ut cum fructu propter machinam, quare cum D. Bonav. cit. docet peccatum mortale statuere in creatura rationem ultimi finis, intelligendum est virtualiter, ac interpretative, quatenus homo per peccatum mortale amicitiam amicitiam Dei, plura facit creaturam, quam Deum ipsum. Et sic pariter cum dixit peccatum veniale non esse contemptum Dei, nec aversionem ab ultimo fine, non est ita intelligendum, quasi voluerit illud posse ordinari in Deum, aut non esse violationem divini præcepti saltem obligantis ad aliquid utile pro vita æterna consequenda, sed solum indicare voluit peccatum veniale talis esse nature, ut cum eo adhuc conservetur habitualis conversio in Deum, que habetur per charitatem, & gratiam, in quo sensu utique verum est peccatum veniale non importare neque Dei contemptum, nec aversionem ab eo, hoc tamen non obstat, quin etiam peccatum veniale possit in suo ordine dici contemptum, & aversionem à Deo saltem secundum quid, quatenus est violatio divini præcepti aliquod utile iubentis pro faciliore æternæ beatitudinis consecutione; Quod & Ovid. ipse concedere videtur loc. cit. cum inquit, quod est peccatum veniale compassibile sit cum affectu charitatis erga Deum, non tamen cum fervido affectu, quia affectus fervidus charitatis non solum removet ea, que graviter opponuntur Deo, sed etiam, que leviter ei displicent; ergo peccatum veniale saltem ex hoc capite aliqualem Dei contemptum, & aversionem secundum quid importat; quatenus per illud aliquid comititur, & vel omittitur, quod aliquo modo Deo displicet.

Denique quando etiam concederetur hæc esse differentia distinguentes peccatum mortale à veniali, quod mortale esse offensa, & contemptus Dei, ac aversionem ab eo, non autem veniale; non adhuc probatur hæc esse differentia primo constitutivas, quales hic inquirimus, id est enim mortale est offensa, contemptus; & aversionem simpliciter a Deo, non vero veniale, quia illud est contra præceptum obligans ad aliquid necessarium ad salutem, illud vero est contra præceptum obligans ad aliquid utile tantum, hæc enim ratione præsertim peccans mortaliter dicitur simpliciter, & in rigore Deum offendere, continere, ac ab eo simpliciter averti, quia avertitur ab aliquo præcepto obligante ad aliquid necessarium ad salutem, non sic peccans venialiter; ergo hæc potius erit prior, & immediatior differentia mortalis, & venialis, quam illæ iam assignatae. Respondet Ovid. non rectè explicari differentiam constitutivam horum peccatorum per oppositionem ad præcepta necessaria, vel non necessaria ad vitam æternam, quia necessaria observantionis præceptorum ab illorum materia delimitur, & non de contra: ideo enim est necessaria ad vitam observatio præcepti non futandi, quia futurum est peccatum mortale, & observatio præcepti non mentidendi necessaria non est, quia mendacium tantum est veniale peccatum, quod potest componi cum vita anime sed cum gratia, & gravitas enim præceptorum sumitur ex materia graviatè, & non materiae gravitas ex gravitate peccatorum. Hoc tamen recitatur ex his, que docet Doctor 2. dist.

2. dist. 37. art. D. ubi inquit, quod hoc, vel illud sit necessarium ad vitam æternam consequendam, à sola divina voluntate pendere præcipiente hoc, vel illud observari pro vita æternæ consecutione iuxta illud Mat. 19. serva ad vitam ingredi, serva mandata, & ideo subdit, ad cognoscendum mortale, opus non esse querere mortalem Philosophorum doctrinam, sed præcepta Dei in sacra Scriptura ex sola eius voluntate nobis imposita necessario implenda ad æternam vitam promerendam: ergo saltem est necessitatem observationis præceptorum ab illorum materia præcisè delimiti; & non potius ex mera Dei voluntate hoc præceptum sit necessarium; illud vero tanquam utile tantum ad vitam æternam.

159 **R**ursus sic explicando, quod necessaria sit ad vitam observatio præcepti non futandi, quia futurum est peccatum mortale, incidimus in vitiosum circulum superius reiectum nam. 155. cum postea dicimus futurum esse peccatum mortale, quia non futari præcipitur, tunc necessarium ad vitam, vel in hac ratione standum est, uti ratione a priori, & omnino pendente à voluntate divina; & si quavis verum sit gravitate præceptorum regulariter attendi ex gravitate materiae, quatenus ius divinum aliquid iubens, vel prohibens libi mortali cadit supra materiam gravem; principalis tamen attendit debet ex ipsa præcepti urgentia; ita ut illud præceptum dicatur graviter obligans, quod obligat ad aliquid necessarium ad salutem; illud vero leviter, quod obligat ad aliquid utile tantum, non vero necessarium; unde si Deus absolute loquendo obligaret ad aliquid materiam levem, ut ad quod necessarium pro salute æternæ, adhuc præceptum illud diceretur graviter obligans, & sub mortali; & talis gravitas non sumeretur ex gravitate materiae, que levis supponit in genere moris, sed ex ingenti obligatione præcepti. Quare in hoc sensu saltem est gravitatem præceptorum sumi ex materiae gravitate, non potius de contra: Unde inquit etiam Doctor 2. dist. 30. quæst. 1. sub. E. circa eps creaturam nullum peccatum ex suo genere esse mortale, etiam si sit circa gravem materiam, sed tantum ex præcepto divino, ut cognoscere alienam, occidere, furari, & quare si Deus roicaret præcepta, non amplius forent peccata mortalia, etiam si essent circa gravem materiam non ergo gravitas præceptorum præcisè attendi debet ex gravitate materiae, que præcipitur, vel prohibetur, licet regulariter loquendo eam supponat, sed potius de contra gravitas materiae sumi debet ex gravitate præcepti, id est, ex modo obliganti tanquam ad aliquid necessarium ad salutem; adeo ut proprie loquendo illa dicatur materia gravis, que præcipitur, ut quid necessarium ad vitam æternam consequendam, qualescumque sit ex natura rei, & patet de baptismo, & confessione, que sunt sex ex natura sua indifferentes.

160 **Q**uarto, distinguunt alii mortale à veniali quod mortale est contra legem, veniale vero non contra legem, sed præter legem, pro quo dicendum videtur citatur D. Thoma qu. 88. art. 1. ad 1. Arriaga q. 42. Caiet. Conrad. Medina, & alii Thomistæ quæst. 88. art. 5. Sed communiter recitatur, ut et videtur apud Val. quæst. 143. q. 3. Salas dist. 6. sect. 9. Aviculus dist. 23. sect. 2. & alios, quia etiam peccatum veniale est verè, & proprie contra legem; si enim tantum modo esset præter legem, & non contra legem, non esset adus malus in differens, quod enim non est contra legem, vel illi modo opponitur non est malum, nec etiam bonum, sed indifferens.

Confirmatur, quia vel est aliqua lex prohibens mendacium officiosum, & furtum unius assis, vel non; si primum; ergo mendacium officiosum, & tale furtum, que sunt peccata venialia, sunt contra legem; si secundum, ergo mendacium officiosum, ac furtum rei minimæ non est peccatum, cum à nulla dellectæ regula, hæc ullam legem violat. Neque satisfact; quod aliqui dicunt esse præter legem, & hoc tunc, ut sit peccatum; aliis deambulant, ridere, caritate, & similia de le peccata forent, & universum omnem actus indifferentes, qui tamen à nullo pro peccatis habentur ex suo genere. Denique ut notat Scotus 2. dist. 41. B. lex divina in sacris litteris dupliciter accipi potest, primo pro ea, que simpliciter, & perfecte obligat ad aliquid necessarium ad finem legis; alio modo minus præse per regula divina obligante ad aliquid absolute, sive illud sit necessarium ad finem legis consequendum, sive utile tantum; legem primo modo sumptam vocat Doctor loc. cit. intentionem necessitatis, & alio modo sumptam intentionem minorum. Quamvis ergo accipiendo legem primo modo, in quo sensu sumi videtur lex, & præceptum Mat. 19. si vis ad vitam ingredi serva mandata; & 1. lo. 1. si quis averit se diligere Deum, & mandata eius non violare, mendax est, peccatum veniale non fit contra legem eo modo sumptam; amen accipiendo legem secundo modo magis ample, negari nequit, quin sit contra legem sic sumptam nam hoc certum est, quod præcepta quedam sunt, non futari etiam in parva entitate, non otiose mentiri, vel jurare; & in universum peccata venialia sunt contra

rectam rationem, etique adferantur, omnis autem recta ratio, à qua quis dissentiens male agit, violat legem, ergo etiam ipsa est contra legem, quam recta ratio præscribit, intelligit enim nequit peccata venialia esse contra rectam rationem obligationem ad culpam, vel experimentum legem, que ad eam obligat, & tamen non esse contra legem.

161 **D**ices peccatum veniale est tantummodo contra consilium, ut docet Scotus 2. dist. 21. quæst. 1. ergo non est contra legem, & præceptum. Respondet, quod cum consilium significet aliquid utile ad finem legis prout est liberum à legis obligatione, sicut duobus modis accipitur lex ex modo dictis, ita & consilium; primo modo pro monitione libera ab obligatione legis primo modo sumptæ, inquit obligantis ad aliquid necessarium ad finem legis, non tamen secundo modo, alio autem modo sumit consilium pro monitione libera ab obligatione legis etiam secundo modo sumptæ; Cum igitur Scot. loc. cit. ait peccatum veniale esse contra consilium, accipit consilium primo modo, nempe pro monitione libera ab obligatione ad aliquid necessarium ad finem legis, non autem pro monitione libera ab obligatione legis etiam secundo modo acceptæ, obligantis nempe ad aliquid, sive sit necessarium, sive utile ad finem legis, peccatum enim veniale semper est contra id, quod lex præcipit absolute, & consequenter contra id, quod modo tenentur facere ratione minori, ita quod si contra id facit, peccat et leviter, ut docet Scot. 2. dist. 41. B. quando itaque Doctor dist. 21. ait peccatum veniale esse contra consilium, accipit consilium primo modo, scilicet, pro monitione libera ab obligatione legis obligantis ad aliquid necessarium loquendo autem de consilio in secundo sensu, peccatum veniale non dicitur esse contra consilium, sed contra præceptum ut mox magis explicabitur; ita Rada contrav. 7. pars. 2. art. 1. quod explicat exemplum, virginum enim servate consilium est Evangelicum ceterum cum liberum sit ab omni legis obligatione quovis modo sumptæ, contra illud agendo nullum est peccatum, ut patet ex 1. Cor. 7. agere vero contra consilium primo modo sumptum peccatum esse potest, nam licet qui facit, ut agat contra legem primo modo sumptam, id est, obligantem ad aliquid necessarium ad finem obtinendum; agit tamen contra legem secundo modo acceptam, id est, obligantem ad aliquid absolute, à qua deviare peccatum est.

162 **Q**uinto, dicitur alii peccatum mortale distinguere à veniali, quia mortale est contra præceptum, veniale autem non est contra præceptum, sed contra consilium, qui dicendi modus communiter tribuitur Scoto 2. dist. 21. lit. B. & recitatur à Thomistis, quia ex hoc præcisè, quod aliquid est contra consilium, non sequitur esse peccatum, ut patet 1. Cor. 7. De virginibus præceptum Dei non habeo, consilium autem do, & c. viti pii, & timorate conscientie non arbitrantur se peccare, dum pleraque consilia non adimplent; Tum quia mendacium officiosum est contra præceptum non mentidendi, & alia cum venialia videntur esse contra aliquid præceptum, ut furtum leve contra præceptum non furandi, ergo non bene distinguunt mortale, & veniale, quod hoc sit contra consilium; illud vero contra præceptum. Carterum Scotus loc. cit. minimè dicit peccatum mortale per hoc à veniali differre, sed tantum ait peccatum mortale esse deordinationem oppositam ordinationi, sine qua finis non potest sequi aliquid modo, que quidem ordinatio habet præceptum, contra quod deordinatio sit peccatum autem veniale est deordinatio opposita ordinationi, que necessaria non est ad finem consequendum, sed est utilis, & que non est de præcepto, sed potius de consilio; ubi per hæc ultima verba minimè negare volumus talem inordinationem prohiberi; ut recitandum oppositam præcepti, ut Thomistæ præsertim intelligunt, sed solum non præcepti necessitudo, sive tanquam medium necessarium ad salutem, cum talis recitatio sit tantum utilis ad talem finem, non vero simpliciter necessaria; Quare lex, cui opponitur peccatum veniale, à Scoto non appellatur præceptum, sed quasi consilium; non quia non sit verè præceptum, & sit proprie consilium, sed quatenus peccatum simpliciter, & absolute loquendo significat illud, quod obligat in se gravi, & ad aliquid necessarium ad finem consequendum.

Rursus tale præceptum, quod violatur per peccatum veniale appellatur quasi consilium à Scoto, sed non verè, & absolute consilium, ob quamdam proportionem, quam habet ad invicem, quemadmodum enim sine observantia consiliorum potest quis salvari, ita & cum peccatis venialibus potest conservare ius ad gloriam; Tandem dicitur est n. p. r. quod sicut lex dupliciter accipi potest, ita quoque consilium; aliud enim est, quod est totaliter liberum à legis obligatione, nec ullo modo spectat ad legem, & hæc significatio consilii est præstantissima de quo Vega lib. 1. c. 1. & 4. & quod est contra consilium hoc modo, non est peccatum neque deotus in hoc sensu dixit ordinationem, contra quam est veniale, esse potius de consilio, quam de præcepto; Alio modo minus proprie consilium dicitur

tur, quod non est totaliter liberum ab obligatione, sed peccat ad legem obligantem saltem, ut ad aliquid utile ad finem legis, & in hoc sensu dixit Scotus ordinationem, contra quam est veniale, esse potius sub consilio, quam sub precepto, licet autem quod est contra consilium primo modo sumptum non sit veniale, bene tamen quod est contra consilium secundo modo sumptum, quae quidem acceptio, quia est minus propria, ideo Doctor unus est illo loquendo modo, sed potius de consilio, quia particula distinctiva significat peccatum veniale non esse contra consilium proprie dictum, sed in proprio modo iam explicato; & hoc modo Doctor interpretatur meliores Scotiste, Rada controu. cit. Faber 4. disp. 3. de penit. cap. 3. Vulpes disp. 148. art. 3. Poncius disp. 22. quast. 9. num. 69. & alii.

Primum, & essentiale discrimen assignatur.

163 Sexto itaque dicendum est peccatum mortale per se, & a priori differre a veniali, quia illud est privatio rectitudinis necessaria ad Deum beatificandam consequendum, veniale autem est privatio rectitudinis, quae non est necessaria ad talem finem, sed tantum utilis; itaque utrumque peccatum fit contra preceptum Dei. Ita Doctor 2. disp. 21. B. d. inquit mortale per se a veniali differre, quia peccatum mortale est deordinatio opposita ordinationi, sine qua finis non potest sequi aliquo modo, quae quidem ordinatio habet preceptum, contra quod deordinatio fit; & ideo omnis deordinatio cadens sub precepto avertit a fine necessario; Peccatum vero veniale est deordinatio opposita ordinationi, quae potest esse respectu finis asequendi, quae non est necessaria, sed utilis, quia non est de precepto, sed potius de consilio, nec facit cadere a fine necessario, sed facit, quod actus non procedat meliori modo, quo potest; quibus verbis in summa nil aliud vult dicere Doctor, nisi quod veniale per se differat a mortali, quia hoc est contra preceptum obligans ad aliquid necessarium ad salutem; illud vero est contra preceptum obligans ad aliquid utile tantum, quae ratio non potius dici debet consilium; Probatur autem hic dicendi modus ex confutatione aliarum sententiarum, eorum quae differunt, ab aliis assignate, vel non sunt a priori, sed a posteriori; vel si sunt a priori, non tamen sunt omnino prima, sed omnes tandem ad hanc reducuntur a Scoto assignatae, ut inductione facile ostendi potest; Quod enim dicitur veniale non solvere amicitiam divinam, mortale utique, quod mortale inducit penam aeternam, non veniale; Quod per mortale ponitur ultimus finis in creatura, non per veniale, & similes, ex differentia a Scoto assignata originem trahunt; Prima quidem ex illa oritur, cum enim amicitia inter Deum, & nos consistat in mutua benevolentia, quae non Deum amamus, & Deus nobis communicare vult beatitudinem; & peccatum mortale fit contra aliquid necessarium ad vitam aeternam, sequitur quod non possit stare cum amicitia Dei; at peccatum veniale, cum non sit contra aliquid necessarium ad vitam aeternam, non est cur amicitiam cum Deo recedat; & ab anima charitatem expellat, ut Doctor docet 2. disp. 4. B. secunda differentia oritur etiam ex assignata, quia enim mortale est gravis offensio, ideo punitur aeternaliter; & quia veniale est levis, ideo temporaliter; & quia Deus est prior ad miserandum, quam ad puniendum, non decet ipsum leves culpas aeternis punire suppliciis. Tertia tandem differentia oritur ex assignata, cum enim peccatum mortale fit contra aliquid necessarium ad vitam aeternam, consequenter non comparatur Deum finem ultimum, quatenus ipso non obstantibus possumus adhuc Deo frui ultimo fine, licet non ita commode. Ino & illa differentia, quod mortale fit gravis malum, veniale vero leve, ad hanc quoque reducitur, ideo enim mortale est malum grave, quia est contra aliquid necessarium ad vitam aeternam; non sic veniale: ut constat dictis num. 155.

164 Sed dices cum Oviedo, cit. non recte explicari differentiam horum peccatorum constitutam per oppositionem ad precepta necessaria, vel non necessaria ad vitam aeternam; gravitas enim preceptorum, & eorum necessaria observantia sumitur ex materia gravitate, & non e contra; ideo enim est necessaria ad vitam observatio precepti non occidendi, quia homicidium est mortale peccatum; & observatio precepti non mendandi necessaria non est, quia mendacium est veniale. peccatum Respondeo ex dictis nu. 158. & 159. negando assumptum cum eius probatione, non enim ideo est necessaria ad vitam observatio precepti non occidendi, quia homicidium fit mortale peccatum, sed e contra; cum enim omnino certum sit peccatum mortale consistit in ratione talis, eo quod ut transgressio precepti graviter obligantis, & prior fit ipsa gravis obligatio precepti, non potest ipsa precepti gravitas declarari tunc per hoc, quod sub mortali obligat, ut bene advertit Arriaga; Falsum item est absolute loquendo, gravitatem precepti pendere ex gravitate materiae, & non potius e contra, quando enim Deus

primi precepti parentibus, ne comederent de fructu vetulo alioquin certe mortali, preceptum utique fuit grave, quia nempe de aliquo necessario ad vitam aeternam, & tamen materia fuit levis, eius nempe vitum pomiatque ideo lupradictum est nu. 159. quod quamvis regulariter gravitas preceptorum attendatur penes gravitatem materiae, principaliter tamen attendi debere ex urgentia precepti, quae etiam cadere potest supra materiam de se leviem, ut constat in exemplo adducto de citu unius pomi vel saltem de le indifferentem, ut patet de precepto baptismi, confessionis &c. quod etiam scite notavit Rada controu. 17. cit. ar. 1. notab. 3. in fine; & hoc ideo concedit Averia q. 88. sect. 2. in fine, ubi ait potius. Deum pro sua voluntate quaedam prohibere sub mortali etiam de se levia; si enim de facto prohibuit aliqua, quae alioquin ex se nullo modo erant, mala utique potest etiam graviter prohibere aliqua, quae ex se erant tantum leviter mala.

Septimo deinde est assignata differentia colligitur vera definitio peccati mortalis, & venialis, veniale enim est deordinatio opposita ordinationi utilis ad ultimum finem consequendum quae non cadit sub precepto, sed sub consilio ab obligatione legis non omnino libero; mortale vero est de ordinatio opposita ordinationi, sine qua finis ullo modo sequi nequit; quae definitio est clara, & brevius sic confici possunt: peccatum mortale est transgressio legis obligantis ad aliquid necessarium ad ultimum finem consequendum; veniale vero est transgressio legis obligantis ad aliquid utile tantum; in quibus definitionibus invenitur genus, & differentia, & alia requisita ad bonam definitionem, & saltem definitiones non solum continent venialis, vel mortali ex genere, & per se consideratis; Sed etiam mortali, & veniali ex circumstantiis, sed per accidens: de definitione venialis patet, omne siquidem veniale si ve per se, si ve ex circumstantiis, est transgressio legis obligantis ad aliquid utile tantum, si ve est transgressio consilii habentis modum precepti leviter obligantis modo iam declarato. Licet enim sicut in levi materia videatur contra illud preceptum non furaberis, tamen vera cum tali circumstantia, scilicet, in levi materia non est contra preceptum illud, ut graviter obligans, sed tantum leviter, quia ratio dicitur habere rationem consilii, quia cum tali circumstantia non ita graviter obligat, unde illa eadem lex non furaberis respiciens idem obiectum, scilicet, rem alienam: si respicit eam in magna quantitate est preceptum graviter obligans, quia nempe ad aliquid necessarium pro fine consequendo: si in parva est preceptum leviter obligans; quatenus obligat ad aliquid utile tantum, quia ratio dicitur habere rationem consilii potius, quam precepti, & idem dicitur de aliis venialibus ex in deliberatione. De definitione mortalis hoc idem patet, omne enim mortale si ve ex genere, si ve ex circumstantiis est transgressio legis obligantis ad aliquid necessarium; & est contra preceptum proprie dictum: quamvis enim verbum otiosum in se spectatum fit otiosum contra consilium; at tamen verbum otiosum proprie malum finem, ex quo per accidens fit mortale, est contra preceptum proprie dictum.

Potest de assignata differentia colligitur peccatum veniale, & mortale innovari in ratione formalis peccati, licet cum hac univocatione mixta sit analogia; cum enim formalitas peccati consistat in carentia rectitudinis debite actus, & cum omni peccato actuali competat haec ratio; clarè sequitur peccatum univocè dici de mortali, & veniali: quod enim praedicatur de aliquibus secundum idem nomen, & rationem, & univocè dicitur de illis: Cum hoc tamen fiat, quod etiam analogice dicitur de illis: ut enim constat ex dictis in Metaph. analogia secundum nos cum univocatione consistere potest: unde distinguere solemus univoca in pura, & analogia: eum enim conceptus univocis, dicitur de pluribus inferioribus, sed ordine quodam, univocè analogice praedicatur de illis, ut ens de substantia, & accidente: ita in proposito ratio peccati in communi dicitur de utroque veniali, & mortali, quia utrumque caret rectitudine debite, haec tamen carentia dicitur de illis ordine quodam: prius enim dicitur de mortali, quia est carentia rectitudinis magis debite, quam de veniale: rectitudo enim debita subtrahit eius debite per preceptum: subtrahit vero illius debite per consilium modo iam explicato: haec vero doctrina de univocatione venialis, & mortalis in ratione peccati dicitur haec Scoti 4. disp. 1. qu. 1. C. & est multorum, quos recit. & legitur Salas disp. 16. sect. 18. Arriaga disp. 48. sect. 6. Oviedo, & alii. 6. contr. 3. pun. 3. quialios citat.

ARTICULUS SECUNDUS.

Resolvitur Quaestio quoad alteram partem.

170 Quoad alteram quaestionis partem de divisione peccati in mortale, & veniale, & differentia unius ab alio: Quidam absolute dixerunt mortale, & veniale pluraque specie distingui, quia mortale repugnat iustitiae, & amicitiae divinae, veniale vero non, ita Vega lib. 14. super Concil. xi. Alii vero communiter dicunt esse eiuſdem generis, & speciei in genere moris, quando sunt circa eandem materiam, ut factum grave, & furtum leve; & quando vero sunt circa diversa esse diversae speciei ac etiam quandoque diversi generis, ut mendacium iocolum & fornicatio, ita Thomista passim caict. Conrad. Medina, Zimel, Valentia, Merajus, Granad. & alii cum Doctor. q. 72. ar. 5. q. 77. art. 7. & q. 88. art. 2. & 6. Pro resolutione recolendum est ex dictis supra nu. 67. quod sicut peccatum potest considerari dupliciter, nimirum moraliter seu philosophice, alio modo theologice, ut docet Scoti 4. disp. 1. 2. q. 3. B. & disp. 21. qu. 4. H. & alibi frequent et: ita in proposito veniale, & mortale si ve ex genere, si ve ex circumstantiis ad invicem conferri possunt altero horum modorum.

Dicendum primo peccatum veniale in communi, ut scilicet comprehendit sub se peccatum veniale ex genere, & ex circumstantiis; & peccatum mortale in communi, ut patitur comprehendit sub se peccatum mortale ex genere, & ex circumstantiis, si theologice considerentur, differunt inter se differentia essentiali, & specifia, ac proinde divisio peccati hoc modo considerati in mortale, & veniale erit generis in species, colligitur ex Scoti. & probatur, quia natura, & essentia peccati in communi; ut abstractum a veniali, & mortali, consistit in privatione rectitudinis, quae debet esse in actu; & privationes distinguuntur penes rectitudines, quibus privant, vel quibus opponuntur; at rectitudo vel se habens rationem precepti proprie dicti differet essentialiter & specifia e rectitudine, quae habet rationem consilii duntaxat (etiam si circa idem obiectum versetur); si non in genere moris, & philosophico, saltem in genere theologico; & si non ex natura rei, saltem ex voluntate legislatoris; ergo privationes rectitudinis per veniale, & mortale contra eam speciem inter se differunt; ac proinde talis divisio in hoc sensu erit generis in species, nam cum privatio rectitudinis, in qua consistit peccatum in communi, habeat rationem generis; & mortale, ac veniale rationem quae differentiam specificam privationem illam contrahentium, sequitur quod haec divisio peccati theologice in mortale, & veniale sit generis in species.

Hinc sequitur communem illam divisionem peccati mortalis, & venialis in mortale, & veniale aut ex genere, aut ex circumstantiis; vel sub aliis verbis aut per se, aut per accidens non dari de mortali, & veniali hoc modo consideratis, scilicet, theologice, quia in hoc sensu tam per se differunt specie furtum, & verbum iocolum, quam furtum leve, & grave, quia tam per se est contra consilium quam modo furtum leve, ut sic, quam verbum iocolum. Quando igitur, dicimus verbum iocolum esse per se veniale, & ex genere suo: furtum vero leve per accidens tantum, scilicet ex parvitate materiae; hoc intelligendum est de verbo iocolum, & levituro consideratis in genere moris, & philosophico, quatenus in tali genere non accedit verbo ioculo, quod fit contra consilium, sed fit ex obiecto conuenit, quia eius obiectum leviter disponat rectae rationi; accidit tamen furto ex circumstantia parvitate materiae, quod fit contra consilium, quia ex obiecto, & genere suo est contra preceptum; & vehementer repugnat rectae rationi.

Dicendum secundo; si de peccato mortali, & veniali ex genere loquamur, & in genere moris, scilicet, & essentialiter inter se differunt, at si de iisdem loquamur in eodem genere moris, prout sunt venialis, & mortale ex circumstantiis tantum, si ve per accidens, sic non semper specificè distinguuntur. Prima pars probatur, quia materia peccati venialis de se, & suapte natura scilicet, quacunque circumstantia levis est, & parvam diffusa rectae rationi; materia vero mortalis de se, & suapte natura scilicet, quacunque circumstantia gravis est, & vehementer diffusa rectae rationi, ergo &c. Accedit, quod mortale, & veniale ex genere, vel homicidium, & verbum iocolum semper veritatem circa obiecta speciei diversa; ergo in genere moris semper specificè distinguuntur. Altera pars ex opposito probatur, quia utrumque peccatum libo modo consideratum possunt esse circa idem obiectum, & contra eandem virtutem, ut patet de furto, quod si ve grave sit, si ve leve, semper est circa idem obiectum, scilicet, rem alienam, & contra eandem virtutem, & rectitudinem mortalem, scilicet, contra iustitiam; in genere autem moris, quod peccatum fit magis, vel minus contra eandem virtutem non variae speciem; Accedit, quod haec divisio a Theologis tantum tradita

uit, nec unquam innotuit Philosophis moralibus, ut Scotus inquit 2. disp. 37. D. & 4. disp. 21. 2. 1. & distinct. 26. quast. 1. conclus. 3. & distinct. 1. sub E. & alibi. Ex quo sequitur, quod loquendo in genere moris divisio a Theologis data de peccato mortali, & veniali, ex genere est generis in species; non autem loquendo de mortali, & veniali circumstantiis, quia idem actus potest esse mortalis, & venialis ex variatione circumstantiae annexae.

In oppositum arguunt Thomista, quos citat, & sequitur Salas trati. 14. disp. 16. sect. 21. Iustitiam mortalem, & veniale non distinguunt specie, quod actus idem est, seu versantur circa eandem materiam; quia peccatum veniale ex sola indeliberatione habet idem obiectum materiale, & formale cum actu deliberato, ergo non differunt specie. Tum secundo, quia actus bonus delibatur, & indeliberatur circa idem obiectum sunt eiuſdem speciei, ergo idem dicendum de actibus malis similibus. Tum tertio probatur idem de veniali ex parvitate materiae, quia magnum, & parvum non differunt specie secundum Arist. in predicam. unde actus dandis elemosinam parvam & magnam sunt eiuſdem speciei. Tum quarto peccata specificantur a rectitudinibus, quibus opponuntur, ergo quoad veniale, & mortale privant eadem specie rectitudinem, erunt eiuſdem speciei, sed hoc faciunt semper, quando sunt circa idem obiectum specie, ergo &c. Tandem etiam peccata ex sola indeliberatione, vel parvitate materiae essent venialia ex genere suo quare perperam Doctores communiter distinguunt peccata venialia ex genere a venialibus ex sola indeliberatione, vel parvitate materiae.

Respondeo haec, & similia argumenta probare solum mortale, & veniale, quando sunt circa idem obiectum, non distinguunt specie in genere moris, quod gratis concedimus, non tamen probant, quod specie non distinguuntur ad hoc genere Theologico, quia ad hanc distinctionem sufficit diversa intentio obligandi in legistore; diversa autem est obligatio, quae inducitur per preceptum ab illa; quae inducitur per consilium, & si circa idem obiectum versentur. Sed dices, ergo adiectum homicidium, & furtum erunt eiuſdem speciei, imo magis inter se convenient furtum grave, & homicidium, quae sunt circa diversa obiecta, quam furtum leve, & grave, quae versantur circa idem. Respondeo ita esse, si huiusmodi peccata considerantur in genere Theologico, quo enim senta verbum otiosum; & leve furtum, quamvis sint circa diversa obiecta, magis inter se conveniunt, quam furtum leve, & grave, quae sunt circa idem obiectum.

Obiectis rursus, mortale ex genere fieri potest per accidens veniale, vel ob parvitate materiae, ut est de furto levi, vel ob indeliberationem, ut est de subito motu levi, vel luxurie; & e contra veniale ex genere potest fieri mortale per accidens verbum enim otiosum est veniale ex genere suo; sed si ad malum finem proferatur, verbi gratia, ad adulterandum evadit mortale potest etiam idem actus numero successivè fieri mortale, & veniale, ut passim Recentiores docent Valquez disp. 145. Lorea disp. 18. Azorius, & alii; At si mortale, & veniale specie distinguuntur, & essentialiter, id fieri non possit, quia quod est in una specie essentialiter, non potest ad aliam transire, non enim homo potest fieri equus, nec per se, nec per accidens, ergo &c.

Confirmatur, quia idem actus numero potest simul habere multam peccati venialis, & mortalis; ut constat, quando veniale ex genere fit mortale a fine extrinseco verbi gr. verbum otiosum a fine machiae, tunc enim simul manet in eo venialitas, & mortalitas; hoc autem esse non possit, si specie distinguuntur, ac essentialiter; cui enim unum oppositum per se convenit, aliud ei convenire non potest nec per se, nec per accidens, ergo &c.

Negat Faber disp. 6. de penit. num. 9. eundem actum numero successivè fieri mortale, & veniale fretus auctoritate Scoti quol. 18. Xubi ait; quod actus de malo non fit bonus, vel de bono malus, quia rapim transit, vel si manet, manet communiter cum eodem rectitudo, nec ideo manens mutatur a recto in non rectum; Sed plane Scotus ubique docet bonitatem, & malitiam moralem accidere actui in genere naturae, & ibidem docet bonitatem, & malitiam habere ad actum, sicut velocitas, & tarditas ad motum, ita ut fieri idem motus potest esse modo tardus, modo velox, ita idem actus elici conformiter regulari rectae, & postea non conformiter continuari: sibi deinde regulariter non ita evenire, quia actus interior rapim transit, vel si manet, manet cum eo regulariter continuari; ac ut in pluribus evenit elici actum, non autem absolute, & quidem saltem de actu exteriori id omnino negari non potest, hic enim potest esse bonus, & malus, si mutetur intento finis, vel cesset obligatio precepti manente eodem actu exteriori; sed probatur etiam de interiori, quia actus malus potest inchoari cum semiplena deliberatione, & continuari postea cum plena

deliberatione, atque ita prius erit venialis, deinde mortalis; item inchoari potest sine ulla malitia, cum ignorantia invincibili precepti, & deinde adveniente illius notitia possit continuari; quo casu fiet de minus malo magis malus. Concessa itaque maiori, neganda est minor; ad probationem dicendum veniale pro formali nunquam fieri mortale, vel e contra; ita ut mortalitas transeat in venialitatem, vel e contra; sed bene veniale pro materiali potest fieri mortale; & e contra; potest enim actus crescere in libertate, cognitione, & quantitate obiecti, quo casu sibi advenit mortalitas, & desinet venialitas; unde veniale formaliter nunquam fit mortale, nec e contra, sed substatum unius malitiae transeat ad aliam, quia tam venialitas, quam mortalitas accidit actui, nedum in esse naturae, sed etiam in esse morali.

Ad Confirmationem negatur rursus minor; ad probationem dicendum, quod mortalitas per se, & venialitas per se sunt opposita, non autem venialitas per se, & mortalitas per accidens, & ideo licet idem actus non possit simul, & semel esse per se, & intrinsece venialis, & mortalis, & extrinsece mortalis, aut e contra, quod passim accidit de bonitate, & malitia actuum humanorum, quando ex obiecto essentiali habent bonitatem, vel malitiam sibi intrinsecam; & aliam simul habent ex circumstantiis diversae speciei, quae est illis extrinseca, & accidentaliter, ut lae declaratum est, *disp. praeced.*

135 Petes, qualiter discernendum sit inter mortale, & veniale. Respondeo varias regulas ad hoc assignari, ut videri potest apud Summistas, breviter tamen una sola regula praeculis habenda ostendit, quomodo discernendum sit inter veniale, & mortale: & est vis, & obligatio praecipue, contra quod peccatum committitur enim est praecipuum propter dictum, peccatum contra illud est mortale; si vero est consilium, erit veniale, potest autem dignosci, an obligatio sit praecipua, vel consilium, ut ex Scriptura, quae saepe scriptis alqua prohibet, sub poena divinae indignationis, & reatus gehennae; quaedam vero non ita, unde ad Rom. *1. quae talia agunt, regnum Dei non possident*, & similia, quandoque autem non ita stricte obligat, ut de stultiloquio ad Ephel. *5. habetur* ad rem non pertinere; Potest etiam obligatio legis dignosci naturali ratione, si manifeste non continetur in Scriptura, considerari enim debet dignitas materiae, quae proponitur, vel prohibetur; & si materia est digna, adhuc consideranda est quantitas levis, quia & si praecipuum esset de remagni momenti, tamen leviter ab eo desicere, est perinde, ac leve praecipuum transgredi; Quod si materia digna foret, etiam in quantitate notabili, considerandum adhuc est, an contentus hominis fuerit deliberatus; Hec enim tria bene ponderata sufficerent discernere veniale a mortali, quia defectus primae conditionis, scilicet, dignitatis, & gravitatis materiae facit peccatum veniale ex genere; defectus secundae, scilicet, quantitatis materiae facit peccatum veniale in parvitate, & levitate materiae; defectus tandem tertiae facit peccatum veniale ex deliberatione.

QUESTIO SEPTIMA.

An peccatum mortale importet gravitatem infinitam.

136 Hanc controversiam, quae magna ex parte est de nomine, examinat P. Bellutus Collega meus adeo exacte, & luculenter, ut pauca, vel nihil hic addenda remaneant *tracl. de Incarn. disp. 7. qu. 1. pro complemento tamen praesentis disputationis eam duxi proponendam, & proponitur solum de peccato mortali, quia de veniali concedunt omnes non habere rationem infinitae offensae. Neque est difficultas, an malitia peccati mortalis sit infinita secundum quid, eo modo, quo actus in se quidem finitus, attingens tamen obiectum infinitum, dicitur esse quoddammodo infinitus extrinsece, & obiective; sic enim concedunt pariter omnes malitiam peccati esse infinitam enim venialis; sed difficultas est de infinitate simpliciter, non quidem in tota eius latitudine, sic enim constat solum Deum esse hoc modo infinitum, sed de infinitate in certo, ac determinato genere, an scilicet, sit infinita in genere malitiae, sicut quaevis solent an possit dari creatura infinita, non simpliciter in genere entis, sed in genere quantitatis, & qualitatis. Quoniam vero in peccato tria praecipue distinguuntur, ac considerari solent, primum quidem malitia mortalis peccati, quam supra diximus consistere in privatione rectitudinis debet; deinde averio a Deo, & conversio ad creaturam, sive ad commutabile bonum; & tandem ratio offensae; peccatus enim mortaliter ultimum finem sibi in creatura constituit modo supra explicato *n. 157.* & sic iniuriam Deo facti averio illi honorem ultimi finis; vel ut alii explicant, cum peccatum mortale sit gravis praecipui divini transgressio, dum tale praecipuum violatur, amicitiam Dei, eiusque honorem, & dignitatem parvipenditur, unde laesa manet divina maiestas.*

Quam, inquam, haec tria in peccato mortali praecipue considerari, ac distinguere solent, concedunt omnes peccatum nullo importare infinitam rationem malitiae mortalis, quia talis malitia est privati rectitudinis contraria debet; quae etiam est finita, cum sit restrictio virtutis finitae; quod si phisica dicant malitiam peccati esse infinitam, hoc ideo est, quia malitiam ipsam cum offensae, vel iniuria confundunt. Concedunt etiam peccatum non importare aliquam infinitatem ratione conversionis; quae quaeque enim conversio in peccato mortali reperta est in ordine ad creaturam finitam, & limitatam; & finito modo illam tangens; nec etiam ratione averisionis (nisi cum offensae confundatur) quia obiectum infinitum, a quo se peccans averit, nequit esse causa talis infinitatis; sicut enim actus bono, seu conversionis non confert bonitatem infinitam, ita nec actus malo, vel averisionis malitiam infinitam; cum pariterque militet ratio, maxime si peccator tanto affectu in Deum convertatur, quanto ab ipso recessit; ita videtur et apud Lezanam *tracl. 5. de peccatis disp. 4. quest. 4. Alvarez par. 2. disp. 183.* & alios Thomistas.

Sola igitur remanet difficultas de peccato in ratione offensae Dei considerato; plures tamen Thomistae contendunt, peccatum mortale sub hac ratione includere aliquam infinitatem simpliciter in genere malitiae, propter offensam se tenet ex parte Dei, & afficit ipsam. Sic enim sumpta, veluti ab ipso specificatur, & ab eo sumit suam gravitatem; cuius ergo dignitas ipsius Dei sit simpliciter infinita, ab eo accipit offensam infinitam, seu gravitatem infinitam pro qua citatur D. Thomas *par. 2. quest. 87. art. 4. & 3. par. quest. 1. art. 2. ubi Caiet. Medina, Alvarez, Nazarius, Cornexo, Hurtad. disp. 9. sect. 4. Lexana loc. cit. Averla quest. 88. sect. 5. Sernal. disp. 5. sect. 3. Amicus disp. 23. sect. 4. Coninc. de penit. disp. 10. dub. 2. Scali quorum aliqui licet hanc infinitatem negent in omni peccato, concedunt tamen in aliquo speciali, nimirum in occisione Christi; quia enim haec destructiva fuit alicuius simpliciter infiniti, ideo dicitur includere infinitam malitiam in ratione offensae; cuius sententiae unicum fundamentum est ratio illa calculatoria toties decantata, scilicet, offensae, & iniuria eo est gravior, quo maior est dignitas personae offensae; sed dignitas Dei per peccatum offensae est simpliciter infinita; ergo gravitas peccati esse debet simpliciter infinita. Nec obstat, si dicas, quod etiam actus charitatis respicit Deum, qui est obiectum infinitae dignitatis, specificatur ab ipso, & ab eo suam sumit bonitatem; & tamen non propterea habet infinitatem aliquam, nisi solum extrinsecam, & obiectivam. Contra hoc enim est (inquinum) quod est diversae ratio de offensae, ac de actu charitatis, de visione, ac quocunque alio actu in ipsum tendentes, quod officio comparatur in ordine ad Deum, tanquam ad subiectum, quod mortaliter afficit, & informat, pro ut colligitur ex Arist. *5. Ethic. cap. 5.* & ex communi hominum affirmatione, quae personam offensam in honore, & fama exultat affectam, & onerant iniuria, seu offensam ipsi illata; & ideo ab ipso participat gravitatem etiam iuxta propositionem dignitatis ipsius, ac proinde infinitam, sicut dignitas Dei infinita est; ceterum actus charitatis, aut quocunque alius Deum respiciens solum comparatur in ordine ad ipsum, sicut ad obiectum, & quia obiectum non dat aliquid actui, nisi iuxta modum quo ab ipso attingitur; & Deus attingitur finito modo ab his actibus, ideo non accipit ab ipso infinitatem aliquam intrinsecam.*

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur questio negativa.

137 Dicendum est, nullum peccatum in ratione offensae includere infinitam malitiam simpliciter intrinsece, & formaliter, sed tantum secundum quid. Ita Scotus cum omnibus Scotistis *2. disp. 37. qu. 1. ex ipso, & 3. distim. 19. ad 2. & disp. 39. contra 2.* ubi ait actum charitatis esse tantum bonitatis, quanta malitia est peccatum, quo quis se averit a Deo, & *4. disp. 14. quest. 1. B. ubi ait*, quod tantum malum est peccatum, quantum bonum aptum est inesse actui, & *disp. 15. quest. 1. ad ultimum, & disp. 40. q. 6. in fine & alibi frequenter, & sequuntur plures Recentiores Suarez disp. 2. de peccatis sect. 3. & 3. par. disp. 4. sect. 7. Cardin. de Luogo *ibid. disp. 5. sect. 3. Meracius disp. 4. sect. 2. Ragul. disp. 3. Alvarez par. 2. disp. 99. c. 8. & disp. 100. c. 5. & 3. par. disp. 2. c. 9. Becan. tracl. 2. c. 2. qu. 6. Morandus tracl. 3. de peccatis quest. 9. Salas tracl. 1. 3. disp. 1. 5. sect. 6. Palqualis *disp. 26. sect. 3. Calpenis disp. 6. sect. 4. Bonacina disp. 2. q. 2. punct. 5.* Amicus etiam pro hac fere videtur, quatenus vult peccatum esse infinitum tantum ratione ordinis supremi, in quo reperitur in genere offensae, *Arriaga rom. 6. disp. 3. latissime, & ex adde, & alii quampurum tam ex antiquis, quam ex recentioribus apud Salas cit. Fundamentum unicum huius sententiae, ac veluti a priori est, quia infinitum simpliciter in perfectione, sive***

sive sit infinitum in omni perfectione, & quocunque possibili, sive in aliqua determinata, est illud, quod non potest habere maius se, sive in omni perfectione, sive in tali determinata; haec maior constat ex dictis in Physica dequadam naturam, & conditionem infiniti simpliciter, & in actu, quod dicitur cathogorematicum, cum Arist. *6. Phys. & Scotus qu. 5. in infinito enim in eo genere, in quo est infinitum nihil potest esse majus, ut ex ipsa infiniti ratione constat; nisi daretur majus infinito, jam infinitum haberet terminum, ultra quem protenderet illud; quod est majus; atque ita non amplius infinitum, sed finitum, foret in eo genere, in quo infinitum ponebatur; supposita hac majori, ut verissima, & notissima ex Philosophia, tunc sub infero minorem, sed ex peccatis mortalibus unum est alio gravior, & majus tam in ratione malitiae, quam in ratione offensae, & iniuriae; ergo nullum peccatum est simpliciter infinitum minor, in qua consistit tota difficultas, probatur multipliciter excludendo singulas Adversariorum solutiones; & quia praesertim respondere solum argumenta nostra probare tantum malitiam peccati esse finitam in ratione malitiae; non autem in ratione offensae, & iniuriae; probare contento esse finitam etiam sub ratione offensae, & iniuriae.*

139 Primo, si quodlibet mortale peccatum continet infinitam simpliciter malitiam in ratione offensae, & iniuriae, tunc omnia peccata essent aequalis gravitatis in ratione offensae, qui fuit error Ioviniani, & Stoicorum peccata omnia aequalia ponentium in gravitate contra expressa Scripturae, & Patrum testimonia. Respondent errorem Stoicorum fuisse, quod peccata sint aequalia in ratione malitiae, & in hoc sensu à Patribus relictum, non autem relictum in hoc, quod sint paria in ratione iniuriae, & offensae Dei. Contra, imò à Patribus in hoc praesertim relictum, quod dicebant Deum, aequaliter offendi quolibet peccato, qui est manifestus error, quae enim offenderet Deus per blasphemiam, idolatriam, & alia enormissima scelera, ac per furtum unius aurei; legantur D. Hieron. *lib. 2. contra Iovinianum, & D. Aug. Epist. 29. ad Hieron. ubi haec duo Ecclesiae luminaria, ex eo capite errorem hunc reprehendunt, quia assererent omnia peccata habere eandem meritum, & eandem dignitatem ad patriam; ergo haereticus illi non tantum conserdebant omnia peccata esse paria, & aequalia in ratione malitiae, sed etiam in ratione reatus ad penam, & per consequens in ratione offensae, iniuriae, & demeriti. Tum quia graviori peccato gravior offenderet Deus, ut passim loquitur Scripturae, & Patres; ergo si peccata non sunt paria, & aequalia in ratione malitiae, neque erunt aequalia in ratione offensae, & iniuriae; alioquin dicendum esset aequè Deum offendi peccato gravissimo, ac valde minus gravi intra latitudinem mortalis culpa. Tum quia iniuria in Regem v. g. potest esse major, vel minor etiam sub ratione offensae, nam qui per personam Regis percuteret v. g. magis contra Regem offenderet, quam qui solis verbis insultaret, & minor utique poena huius deberetur, quam illi, ergo similiter peccata in Deum esse possunt maiora, vel minora etiam in ratione offensae, & iniuriae, quatenus per unum non tantum ledi censetur divina maiestas, quantum per aliud.*

Secundo arguitur, peccatum est malitia, & offensae Dei, ita tamen, ut malitia sit radix iniuriae, & offensae; peccatum namque theologicè acceptum, & adequatè ideo est offensae, iniuriae, & contemptus Dei, ut supra probatum est, quia est transgressio divinae legis, hoc est, quia habet malitiam, quae est privati observantiae, & praecipii legis Dei; igitur si ipsa ratio malitiae in omnibus peccatis est inaequalis, & incipit magis, & minus: etiam ratio offensae, & iniuriae esse non potest aequalis in omnibus peccatis, sed maior, & minor pro peccatorum gravitate; consequentia probatur, quia accessum sequitur naturam principalem, & quod sequitur aliud per modum passionis, nequit habere periclitorem modum essendi, quam illud. Respondent negando consequentiam, quia offensam non tantum sumitur ex malitia, sed etiam ex dignitate personae offensae, quae cum in proposito sit infinita, offensae quae erit infinita. Sed contra, quia licet gravitas offensae attendatur quoque ex dignitate personae offensae, non tamen crescit adeo quae ad dignitatem eius, sed servata proportione, ut patet in argumentorum solutione, alioquin idem quod asserendum esset de peccato veniali, nam etiam veniale est iniuria Dei, & offensae ejusdem, & sic contra Deum, ac ejus legem, ut probatum est, quae praecedit, ergo veniale, quatenus sit contra Deum, ac ejus legem, adhuc tamen infinitum non censetur in ratione offensae, quia est levis; offensae in comparatione mortalis; ita pariter dicendum erit servata proportione de mortali quod licet sit gravior offensae, quam veniale etiam incomparabiliter, adhuc tamen non erit infinita, & adeo quatenus dignitate personae offensae, quia adhuc potest esse magis, vel minus grave intra latitudinem peccati mortalis; consequentia patet, quia sicut levis in veniali peccato oblit, quin sit infinitum in ratione offensae, nec crescit ad aequalitatem personae offensae, ita in mortali oblit determinatam gravitatem, quae potest esse major, vel minor intra latitudinem mortalis culpa.

Respondent negando paritatem de veniali, & mortali, vult tamen dicere, quod peccatum mortale esse tale simpliciter, adeoque veniale infinitum esse non potest in ratione offensae, siquidem ipsa vox *secundum quid* limitationem, & finitatem indicat. Hoc tamen facile reficitur, ex dictis quaestione praecedente, quando enim veniale dicitur peccatum secundum quid, quid vel per hoc significatur, quod dicitur offensae Dei finitae, & limitatae; & hoc non, quia est manifeste in peccato mortali, cum enim ipsum quoque veniale sit offensae Dei, & personae infinitae, quaeritur cur a tali circumstantia personae offensae non accipiat infinitatem sicut mortale. Vel per hoc significatur veniale non esse verè, proprie, & intrinsece peccatum; & offensam Dei; & neque hoc, quia ut constat ex dictis quaestione praecedente, verè est contra Deum, & ejus legem, verèque est duplicitè, ac ab eo prohibetur. Vel tandem per hoc significatur, quod veniale cum mortali comparatum videtur exilis culpa, ac parvi momenti; neque hoc sufficit, quia etiam accidens in comparatione substantiae dicitur ens, & existens secundum quid tantum, & tamen participat eandem rationem entis cum eo sive univocam, sive analogam: talis ergo comparatio in proposito non tollit, quin veniale conveniat cum mortali in ratione iniuriae, & offensae Dei, quae ratio in communi sumpta si est iniuria, etiam veniale erit offensam infinitam; si abstrahit incumbe Adversariis ostendere cur ad mortale contracta, infinitatem contrahat, non autem ad veniale.

Si dicas, contingere ex gravitate, vel levitate materiae, veniale namque propter materiam lividitatem non est infinitum, capax, ac verò mortale, cum materia habeat gravitatem, est capax summæ offensae, & infinitae iniuriae. Contra recurrit instantia jam facta, quod si levis oblit in veniali, quod non sit infinitum in ratione offensae, nec crescat ad aequalitatem personae offensae; ita in mortali oblit determinatam gravitatem materiae, quae potest esse major, vel minor intra latitudinem mortalis culpa; Tum quia, si ideo mortale levius non est capax infinitatis, quia habet aliam materiam supra se, quae est gravis, & magis capax, ita ut non habeat omnem capacitatem, quae requiritur ad habendam infinitatem; ergo à pari, quia una materia sufficiens ad peccatum mortale habet aliam supra se graviorem, incapacitas infinitatis non solum erit in materia levi, sed etiam in materia gravi ipsius peccati mortalis.

Alii dicunt, mortale debere infinitatem, quia per illud Deus contemnitur, non vero per veniale. Hoc etiam facile refellitur, quia sicut per mortale contemnitur Deus, quia est contra dignitatem Dei, & potestatem, quia habet praecipuum dignitatis, ita veniale quoque in suo ordine erit contemptus Dei, quia est contra potestatem, in quo Deus habet praecipuum dignitatis, & quemadmodum absoluta potestas praecipuum dignitatis est infinita, & ejus ablatio sive realis, sive putativa est infinita realiter, vel putative; ita pariter potestas praecipuum dignitatis in Deo est infinita, & ejus ablatio infinita erit dicenda saltem putative, atque ideo discrimen assignatum nullum est. Alii tandem dicunt esse discrimen inter mortale, & veniale ad habendam infinitatem, quia peccatum mortale meretur caritatem boni infiniti, ac penam aeternam, & infinitam, quod non incurritur per veniale. At neque hoc sufficit, quia non repugnat secundum regulas iustitiae dari peccato mortali penam finitam intensivè, & extensivè, etenim aeternitas poenae convenit peccato mortali, in quantum ejus culpa adhuc perseverat, ut postea dicemus; Tum quia vel infinitas intensiva in peccato mortali oritur praesertim ex eo, quod est offensae personae divinae, & tunc eadem erit ratio peccati venialis, nisi sufficiens adducatur disparitas, quae adit; non apparet, vel ex eo potius, quod poenam meretur infinitam, & hoc non, quia plus est offendere personam infinitam, quam esse meritorium poenae infinitae, si quidem ideo peccatum poenam meretur aeternam, quia offendit personam infinitam.

Tertio arguitur, visio clara Dei, actus charitatis, & scilicet **138** actus qui Deum habent pro obiecto materiali, & formali, non habent perfectionem simpliciter infinitam, ergo neque peccatum in ratione offensae, & iniuriae Dei erit simpliciter infinitum. Respondent negando paritatem, quia actus charitatis, & visio Dei respiciunt Deum extrinsece, ac offensam Deum respicit intrinsece, quia honor est honorantis, & iniuria est iniuriae personae; cui inerte. Contra, quia non est major ratio, cui actus charitatis Deum extrinsece tantum attingat, non vero offensae, nam sicut honor est honorantis intrinsece extrinsece verò, ac terminativè est illius, qui exhibetur, imò leximum moralem estimationem videtur etiam esse intrinsece in persona honorata, ita etiam offendit etiam quidem in offendente intrinsece, extrinsece verò ac terminativè est in persona, cui irrogatur, quinimo secundum estimationem videtur esse in persona de honorata, ergo si actus honoris, & qui Deum habet pro obiecto,